

Band IV., Nr. 1049, Seite 107

Albert von Lomersheim, Kanoniker der Hauptkirche in Speyer und Pleban in Kleinsachsenheim, entsagt allen seinen Ansprüchen auf den Neubruchzehenten in Rechentshofen zu Gunsten des Klosters daselbst.

Ohne Ortsangabe, 1245. Juli 16.

Dominabus religiosis, abbatisse et conventui corone sancte Marie, Cystercien-
sis ordinis¹, Albertus de Lomerszheim, canonicus maioris ecclesie in Spira et
plebanus in minori Sachszenheim², oraciones in domino cum salute. Karissi-
me in Christo sorores, ne videamur aut iudicemur a quoquam vos indebite
gravare super decimis novalium in Rechenzhouen, que dicuntur ad nostram
ecclesiam in Sachszenheim pertinere, per presens scriptum propter dominum
nostrum Ihesum Christum et ob reverenciam matris eius virginis Marie et
propter preces dilecti nostri decani ecclesie sancte Trinitatis in Spira, ob
amorem quoque domini Belreini fundatoris vestri et cognati nostri, renuncia-
mus omni iuri quod habemus vel videmur habere in eisdem decimis diebus
omnibus vite nostre, maxime quia nullus umquam antecessorum nostrorum
quicquam iuris habuit in eisdem. Ut autem hec rata permaneant et quia pro-
prio sigillo caremus, sigillo maioris ecclesie et sancte Trinitatis usi presentem
paginam petivimus insigniri.

 Datum anno domini MCCXLV^o.^a,
XVII. kalendas Augusti.

Der Textabdruck folgt dem vielfach unrichtig geschriebenen Kopialbuch des Klos-
ters Rechentshofen aus dem 16. Jahrhundert, fol. 1.

^aDie Abschrift hat Ccc^o., doch liegt dabei unzweifelhaft ein Schreibfehler vor, vgl.
Crusius: Annales Suevici, Bd. 3, S. 55.

¹Das gemeinlich Rechentshofen genannte Frauenkloster.

²Kleinsachsenheim.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 202, fol. 1

Überlieferung und Textkritik:

Kopialbuch war zunächst im GLA Karlsruhe.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 4, S.434 (Auszug).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Albert; von Lomersheim

Ortsindex:

Kleinsachsenheim Wohnplatz (1144)
 Kleinsachsenheim, Sachsenheim, LB
 Lomersheim Wohnplatz (7065)
 Lomersheim, Mühlacker, PF
 Rechentshofen Wohnplatz (1150)
 Rechentshofen, Sachsenheim, LB
 Speyer, SP